

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2. Vtrum in sua prædicatione debuerit turbationem Iudæorum vitare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](#)

QVAEST. XLII.

In infidelitate iudeorum, & multiplicandum in fide populum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus fuit in lumen & salutem gentium per discipulos suos, quos ad praedicandum gentibus misit.

ADS ECUNDVM dicendum, quod non est minoris potestatis, sed majoris facere aliquid per alios, quam per se ipsum: & ideo in hoc maxime potestas diuina in Christo monstrata est, quod discipulis suis tantam uirtutem contulit in docendo, ut gentes, qui nihil de Christo audierant, conuerterent ad ipsum. Potestas autem Christi in docendo attenditur, & quantum ad miracula, per quae doctrinam suam confirmabat, & quantum ad efficaciam persuadendi, & quantum ad auctoritatem loquentis: quia loquebatur quasi dominum habens super legem, cum diceret, Ego autem dico uobis, & etiam quantum ad uirtutem rectitudinis, quam in sua conuersatione monstrabat, sine peccato vivendo.

ADS TERTIVM dicendum, quod sicut Christus non debuit a principio indifferenter gentilibus suam doctrinam communicare, ut iudeis tamquam primogenito populo deditus obseruaretur, ita etiam non debuit gentiles omnino repellere, ne spes salutis eis praecluderetur. Et propter hoc, aliqui gentili particullariter sunt admitti, propter excellentiam fidei & devotionis eorum.

¶ Super Questionis quadrageinta secundum articulum secundum.

Capit. II. in
Act. tom. 3.

TItulus motus est propter publicas reprehensiones exhibitas a Christo scribis & phariseis, cum corum scandalio, ut patet in euangelio.

¶ In corpore unica est concilio: Dominus non obstante iudeorum offensione publice docebat, & tunc cori redargebat. Probatur dupliciter. Primo, ratione, Quod aliqui sua perueritate multitudinis salutem impediunt, non est a predicatori uel doctore, cori timenda offensio, ut multitudinis salutem prouideat: sed scribi, & pharisei & principes iudeorum, sua malitia plurimum impediens populi salutem. ergo maior probatur: quia salus multitudinis preponenda est paci quocumque singularem hominem. Minor probatur, tum quia contra doctrinam Christi per qua solam salus esse potest: tum quia prauis moribus, populi uitam corrumpebant. Secundo, probatur au-

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus debuerit iudeis sine eorum offensione praedicare.

ADS ECUNDVM sic proceditur. Videntur, quod Christus debuerit iudeis sine eorum offensione praedicare: quia, vt August. * dicit in lib. de Agone Christiano, i homine Iesu Christo ne nobis ad exemplum uitia praebevit filius. Deinde nos debemus uitare offensionem non solum fideliem, sed etiam infidiliem, secundum illud 1. ad Cor. 10. Sine offensione estote iudeis & gentibus & ecclesia Dei. ergo uidetur, quod etiam Christus in sua doctrina offensionem iudeorum uitare debuerit.

¶ 2. Præt. Nullus sapiens debet facere unde effectu sui operis impedit: sed per hoc quod sua doctrina Christus iudeos turbavit, impidebatur effectus eius doctrina: dicitur enim Lucae 1. ¶ cum Dominus phariseos & scribas reprobaverent, coepérunt grauiter insistere, & os eius opprimere de multis, insidiante ei, & querentes aliquid capere ex ore eius, ut accusarent eum. non ergo uidetur conueniens fuisse, quod eos in sua doctrina offendere.

¶ 3. Præt. Apostolus dicit 1. ad Timoth. 5. Seniorem ne increpa-

ARTIC. II.

Itieris, sed obsecra ut patrem: sed sacerdotes & principes iudeorum erat illius populi seniores, ergo uidetur quod non fuerint duris in crepitationibus arguendi.

SED CONTRA est, quod Isa. 8. fuerat prophetatum, q Christus esset in lapide offensionis & petram scandali duabus domibus Israei.

RESPON. Dicendum, quod salus multitudinis est præferenda paci quorumcumque singularium hominum: & ideo quando aliqui sua perueritate multitudinis salutem impediunt, non est timenda eorum offensione a predicatori uel doctore, ad hoc quod multitudinis saluti prouideat. Scriba autem & pharisei & principes iudeorum sua malitia plurimum impediabant populi salutem: tum, quia repugnabat Christi doctrina, per quam solam poterat esse salus: tum et quia prauis suis moribus vitam populi corrumpebant. Et ideo Dominus non obstante offensione eorum, publice veritatem docebat, quam illi odiebant; & eorum uitia arguebat: & ideo dicunt Matthæ. 15. quod discipulis Domino dicentibus, Scis quia Iudei auditio hoc uero, scandalizati sunt respondit, Sinite illos, eaci sunt, ducesque ex eorum: cacus autem si exco datum presteret, ambo in foueam cadunt.

ADS PRIMVM ergo dicendum, quod homo sic debet esse sine offensione omnibus, ut nulli defiat factio vel dicto minus recte occasione ruinæ: sed cum de veritate scandalum oritur, magis est sustinendum scandalum, quam veritas relinquat, vt Gregor. * dicit.

ADS ECUNDVM dicendum, q per hoc quod Christus publice scribas & phariseos arguebat, non impedit: sed magis promovit effectum sua doctrinæ, quia cum eorum uitia populo innotescerant, minus auertebatur a Christo propter verba scribarum & phariseorum, qui semper doctrinam Christi obfitebant.

ADS TERTIVM dicendum, quod illud verbum Apostoli, est, i intelligendum de illis senioribus, qui non solum erat vel auctoritate, sed etiam honestate sunt seniores, secundum illud Num. 1. Congregati mihi septuaginta viros de senioribus Israei, quos tu nosti, quod senes populi sint. Si autem auctoritatem senectutis in instrumentum malitiae uerant, publice peccati adi, sunt manifeste & actriter ar-

ctoritate ipsius Christi. Matth. 15. Similes illos &c.

CAdiuerte diligenter, fine, & cantissime optima ratio publice reprehensionis maiorum signatur salus multitudinis, & propterea ubi maiores essent peccanti, & ex eorum reprehensione publica non sperari populi salus, loquuntur non habet imitatione Christi: uana est huiusmodi publica correctio.

Et hoc bene adiuverat praædictores, antequam ponant os in celum, nec omittant distinguere inter maiores corruptientes multitudinis vitam malis moribus, vel exemplariter tantum, vel imitacione. Nam maiores, q palam vel sub aliquo colore adulterantes vel fornicanentes, multitudinem ad haec partita sollicitarent, sub dicto comprehenduntur canones, ut felices si sit spes salutis ipsius multitudinis publice arguantur. Hi enim sunt, de quibus in responsione ad tertium dicitur, quod auctoritate senectutis in instrumentum malitiae ueruntur publice peccando.

Tilli uero maiores, qui suis coram sunt peccatis publicis, ut concubinarii & huiusmodi, qui reuera non simpliciter, sed quantum est ex suo exemplo, aliorum mores corrumperunt, an finit publice argundi, considerandū est. Nam si ex eorum exemplo multitudine similia facit, essem publice arguendi, si spes est emendationis ipsorum vel plebis, potius montis ad par tem nollent ceſare, quod dico: quia isti non ex malitia, sed ex infirmitate peccant. Sed si montis cognita ruina populi ex suo exemplo non curarent,

Homil. xi.
Ezech. 2.
q. 2. p. 1.

curarent, arguendi et
populo effient publice,
cum tali modestia
ut falsus verisimiliter
populi sequi posset,
ita tamen ut si prae-
cations officium fibi
incumbit ex prela-
tio[n]is debito super
illatos, non timeat il-
lum scandalum: quo
nia quasi paria fuit,
corrumperet populi
mores sic, & ex ma-
nitia. Si autem praefatu[m]
latus eorum non est,
superiorem illorem
debere prius conti-
nere. Et h[oc] dico, si in
specie debetet ma-
iores reprehendere pu-
blice, ex infirmitate
publice concubinias
tenentes. Et horum
ratio est quia hic nō
aperte ex propostio-
ne ad malum multitudi-
nis: & multitudini
plerumque sufficien-
ter prouideatur, si in
genere peccatum illud
reprehenditur, &
quod non excusantur
se sequentes mala
exempla, & huiusmo-
di. Si autem ex soror
publico peccato fa-
tus non periclitatur
multitudinis, relin-
quendi sunt superio-
rius suis, si habent
vel fibi ipsi corrigent
di in speciali: eccl[esi]at
enim ratio publice
correctionis agenda
cum offensione ma-
jorum.

¶ Super Questionis
quadragefina secundum
de Arisculum ter-
tium.

Titus clarus.
In corpore est
distinctio trimē-
bris quo ad principia
membra: quia tam
primum subdi-
stinguitur, confor-
gunt quatuor mem-
bra, & per hoc qua-
tuor conclusiones sin-
gula iuxta singula
membra. Distinctio
est: Doctrina potest
esse in occulto tripli-
cite, vel quo ad intē-
zionem, & hoc dupli-
citer, aut ratione ini-
micitia: vel quo ad
discipulos, vel quo
ad modum. Prima co-
clusio est: Doctrina
Christi non fuit oc-
culto, secundum intē-
zionem ratione ini-
micitia. Secunda, Non
fuit occulta ratione
immunditia. Tertia,
Non fuit occulta quo
ad paucitatem disci-
pulorum. Quarta,

guēdū: sicut & Daniel dixit Dan.
13. Inueterate q[ui]erum malo-
rum &c.

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus omnia publice doc-
re debuerit.

AD TERTIVM sic proce-
ditur. Videntur, quod Chri-
stus non omnia publice docere
debuerit. Legitur enim multa
seruum discipulis dixisse, sicut
parat in sermone cœna. vnde &
Marth. 10. dixit, Quod in aere
audistis in cubilibus, prædicabitur
in tecatis. non ergo omnia
publice docuit.

¶ 2 Prat. Profunda sapientia nō
sunt nisi perfectis exponenda, se-
cundum illud 1. ad Cor. 2. Sapi-
entiam loquimur inter perfectos:
sed doctrina Christi continebat
profundissimam sapientiam. nō
ergo erat imperfecta multitudi-
ni communicanda.

¶ 3 Prat. Idem est, veritatem ali-
quam occultare silentio, & ob-
scuritate verborū: sed Christus
veritatem, quam prædicabat, oc-
cultabat turbis obscuritate ver-
borum: quia sine parabolis non
loquebatur ad eos, vt dicitur
Mat. 13. ergo pari ratione pote-
rat occultare silentio.

SED CONTRA est, quod ipse
dicit Iohann. 18. In occulto locu-
tus sum nihil.

RESPON. Dicendum, quod do-
ctrina alicuius potest esse in oc-
culto tripliciter. Vno modo,
quantum ad intentionem docē-
tis, qui intēdit suam doctrinam
non manifestare multis, sed ma-
gis occultare: quod quidem cō-
tingit dupliciter, quandoque ex
inuidia docētis, qui vult per suā
scientiam excellere, & ideo sciē-
tiam suam nō vult alijs commu-
nicare; quod in Christo locum
non habuit, ex cuius persona di-
citur Sapien. 7. Quam sine fictio-
ne didici, & sine inuidia cōmu-
nicō, & honestatem illius non
abscondo. Quandoq[ue] uero hoc
cōtingit, propter in honestatem
eorum, qua docentur: sicut Aug-
ust. * dicit super Iohann. q[uod] quā-
dam sunt mala quæ portare nō
potest qualiscumque pudor hu-
manus. vnde de doctrina hære-
ticorum dicitur, Prou. 9. Aquæ
furiæ dulciores sunt. Doctrina
aut Chri nō est neq[ue] de errore,
neq[ue] de immunditia. & ideo Dñs
dicit Mat. 4. Nūquid venit lucer-

4 na, id est, vera & honesta doctri-
na, vt sub modo ponatur? Alio
modo, aliqua doctrina est in oc-
culto, quia paucis proponitur,
& sic Christus etiā nihil docuit
in occulto: quia Christus omnē
doctrinam suam vel turbæ toti
proposuit, vel omnibus suis dis-
cipulis in communī. Vnde Au-

gust. * dicit super Ioh. Quis in oc-
culto loquitur, qui coram tot
hominibus loquitur, præstans
si hoc loquitur patetis, quod per
eos uel innotescere multis?

Tertio modo, aliqua doctrina
est in occulto, quantum ad mo-
dum docendū. Et sic Christus q[uod] q[uod]
dam turbis loquebatur in occul-
to, parabolis vtris ad annūtian-
da spiritualia mysteria, ad quæ ca-
pienda non erant idonei uel di-
gni. Et tamen melius erat eis, uel
sic sub tegumento parabolā, <sup>Tract. 113. in
Ioā. in medi-</sup>

spiritualium doctrinam audire,
quā omnino ea priuari. Harū
tamen parabolā apertam &
nudam ueritatem Dominus di-
scipulis exponebat, p[ro] quis de-
uenient ad alios, qui esent idonei,
secundum illud 2. Tim. 2. Que

audistis a me per multos testes,
hæc commenda fidelibus homi-
bus, qui idonei erunt & alios
docere. Et hoc signatum est,

Num. 4. vbi mandatur, quod filii Aaron inuolueret
uasa sanctuariorū, quæ leuitæ inuoluta portarent.

Dicit super Mat. exponēs illud uerbum inductum,
nō legimus Dominum solitum fuisse noctibus fer-
mocinari, & doctrinam tradidisse in tenebris: sed
hoc dicit, quia omnis sermo eius carnalibus tene-
bræ sunt, & uerbum eius infidelibus nox est. Itaque
quod ab eo dictum est inter infideles, cum liberta-
te fidei & confessionis est loquendum. Vel secun-
dum Hieron. * comparatiu[m] loquitur: quia uidelicet
eruditus erat eos in parvo Iudea loco, respectu totius
mundi, in quo erat per apostolorum prædicationē
doctrina Christi publicanda.

AD SECUNDVM dicendum, quod Dominus non
omnia profunda sua sapientia sua doctrina manife-
stauit, non solum turbis, sed nec etiam discipulis,
quibus dixit Iohann. 16. Aduic multa habeo uobis di-
cere, qua non potestis portare modo: sed tamen
quācumq[ue] dignū duxit alijs tradere de sua sapientia,
non in occulto, sed palam proposuit, licet non ab
omnibus intelligeretur. Vnde Aug. * dicit super Ioh.
Intelligendum est, ita dixisse Dominum, Palam lo-
cutus sum mundo, ac si dixisset, Multi me audierūt;
& rursus non erat palam, quia non intelligebant.

AD TERTIVM dicendum, q[uod] turbis Dominus in para-
bolis loquebatur, sicut dictum est, * quia nō erant
digni nec idonei in nudā ueritatem accipere, quam di-
scipulis exponebat. Quod autem dicitur, q[uod] fine pa-
rabolis non loquebatur eis, secundum Chrys. * in
telligendum est quācumq[ue] ad illū sermonem, quācumq[ue]
alias sine parabolis multa turbis locutus fuerit. Vel
secundum August. † in lib. de Quæstionib. euang.

Fuit occulta, quo ad
modum in quibusdam
respectu quo-
rundam, scilicet ple-
bis immediate: quia
medianibus Apôsto-
lis reuelanda. Om-
nia clara sunt in li-
tera.

* Et adiuerte, quod ad
literam Christus pa-
lam docuit & in oc-
culto nihil, ut ipse te
stans est: tum quia
quicquid docuit, uo-
luit palam fieri: tum,
quia nihil alienum ab his, quæ publice
docuit, ad partem tra-
didit. Et si omnia ad
literam confona inue-
niuntur, scilicet ser-
mo cœna, & domi-
plures, & in monte
transfigurationis; &

Quod in aere audi-
fis, & Nicodemo, &
Samaritanæ, & humi-
modi. Sic enim secun-
dum communem ho-
minum intellectum;

verificatur uerba do-
mini ad pontificem
interrogantem de do-
ctrina eius, & sic co-
gnita doctrina eius
publice tradita, nihil
restabat examinādū;
quia nihil alienum a
publice tradita do-
ctrina docuit.

Can. 10. in
Mat. parum
a medio.

Super ver-
bum Matt.
citatum in
arg. tom. 9.

Tract. 113. in
Ioā. in medi-

illiū to. 9.

In corp. art.
Homer. 98. in
Marth. circa
prin. illius,
tom. 2.
In lib. qd.
ex Marth. c.
15. tom. 4. in
princip.

¶ Super